

cátos postrémo cum plebe honóres, non imperi | solum sed sacerdotiorum
quoque? Iam si nárrem bella, á quibus | coeperint maiores nostri, et
quo processerimus, vereor né nimió | insolentior esse videar et quaesisse
iactatiónem glóriæ pro|lati imperi ultrá óceanum. Sed illoc potius revertar. 40
Civitat[em] | . . . (nonnulla interciderunt)

. . . [po]test. Sane | novo m[oré] et divus Aug[ustus av]onc[ulus m]eus³ Col. II
et patruus Ti. | Caesar omnem flórem ubique coloniárum ac municipiorum,
bo|nórum scilicet virorum et locupletium, in hác cúria esse voluit. | Quid 5
ergo? non Italicus senator provinciali potior est? Iam | vobis, cum hanc
partem censurae meae adprobáre coepero, quid | de eá ré sentiam, rebus
ostendam. Sed ne provinciales quidem, | si modo ornare curiam poterint,
reiciendos puto. |

Ornátissima ecce colonia valentissimaque Viennensium, quam | longo 10
iam tempore senatores huic curiae confert! Ex qua colo|nia inter paucos
equestris órdis ornámentum L. Vestínus fa|miliarissime diligo et hodie-
que in rebus meis detineo, cuius libe|ri fruuntur quaesó primo sacerdo-
tiorum gradú, post modo cum | annis promoturi dignitatis suae incrementa;
ut dírum nomen la|tronis taceam, et odi illud palaesticum pródigium, quod 15
ante in do|mum consulatum intulit, quam colonia sua solidum civitatis
Roma|nae beneficium cósecuta est. Idem dé frátre eius possum dicere, |
miserabili quidem indignissimoque hóc cásu, ut vobis utilis | senator esse
non possit. | —

Tempus est iam, Ti. Caesar Germanice, detegere té patribus con- 20
scriptis, quo tendat oratio tua; iam enim ad extremos fines Galliae Nar-
bonensis venistí.⁴ | —

Tot ecce insignes iuvenes, quot intueor, non magis sunt paenitendi |
senatores, quam paenitet Persicum⁵, nobilissimum virum, ami|cum meum, 25
inter imagines maiorum suorum Allobrogici no|men legere. Quod si haec
ita esse consentitis, quid ultrá desidera|tis, quam ut vobis digito demon-
strem, solum ipsum ultra fines | provinciae Narbonensis iam vobis sena-
tores mittere, quando | ex Luguduno habere nos nostri ordinis viros non
paenitet. | Timide quidem, p(atres) c(onscripti), egressus aduetos fami- 30
liaresque vobis pro|vinciarum terminos sum, sed dēstricte iam Comatae
Galliae | causa agenda est, in qua si quis hoc intuetur, quod bello per
de|cem annos exercuerunt dívom Iulium, idem opponat centum | annorum
immóbilem fidem obsequiumque multís trepidis re|bus nostris plus quam 35
expertum. Illi patri meo Druso Germaniam | subigenti tutam quiete sua
secúramque á tergo pácem praes|titerunt, et quidem cum [a]⁶ census
novo tum opere et inadsue|to Gallis ad bellum advocatus esset⁷; quod
opus quam ar|duum sit nobis, nunc cum maxime, quamvis nihil ultra,
quam | ut publice notae sint facultates nostrae, exquiratur, nimis | magno 40
experimento cognoscimus.